

parent. Ein gelber zusammen gedruckter frottenstein/one striche.

4. Subruber dimidiati globi figura, in quo lineæ apparent decem sine pūctis, vt in priore sine foraminibus.

5. Subfuscus coloris semirotundus, lineis & punctis carens. Ein glatßer grauer frottenstein.

6. Flauus & planus in superficie, in inferiore parte tuberans.

### CERAVNIAE.

1. **C**eraunia nigra, magna, ponderosa, quæ prorsus refert formam cunei, in parte latiore perforata. Longitudo eius digitorum novem, latitudo quatuor, pondo trium & dimidij. Hic lapis anno 1544. Vinnenæ in domum per cellam vinariam impetu fulminis duodecim vlnas in terram adactus dicitur. Ein schwarzer donner feil.

2. Alia in nigro cœrulea, forma mallei, digitos quinque longa, duos lata, quod in latere strictiori est perforata. Hunc